OXFORD CAMBRIDGE AND RSA EXAMINATIONS
AS GCE

F362/01

CLASSICS: LATIN

Latin Verse and Prose Literature

INSERT

TUESDAY 4 JUNE 2013: Afternoon
DURATION: 1 hour 30 minutes
plus your additional time allowance

MODIFIED ENLARGED

INSTRUCTIONS TO CANDIDATES

Do not hand in this Insert at the end of the examination. It is not required by the Examiner.

INFORMATION FOR CANDIDATES

Any blank pages are indicated.

INSTRUCTION TO EXAMS OFFICER / INVIGILATOR

Do not send this Insert for marking; it should be retained in the centre or recycled. Please contact OCR Copyright should you wish to re-use this document.

DC (NH) 2467168613 79692
© OCR 2013 [F/500/8439]

PASSAGE 1A

P. Servilius, vir clarissimus, maximis rebus gestis, adest de te sententiam laturus: Olympum vi, copiis, consilio, virtute cepit, urbem antiquam et omnibus rebus auctam et ornatam. recens exemplum fortissimi viri profero; nam postea Servilius imperator populi Romani Olympum urbem hostium cepit quam tu in isdem illis locis legatus quaestorius oppida pacata sociorum atque amicorum diripienda ac vexanda curasti.

tu quae ex fanis religiosissimis per scelus et latrocinium abstulisti, ea nos videre nisi in tuis amicorumque tuorum tectis non possumus: P. Servilius quae signa atque ornamenta ex urbe hostium vi et virtute capta belli lege atque imperatorio iure sustulit, ea populo Romano adportavit, per triumphum vexit, in tabula publica ad aerarium perscribenda curavit.

Cicero, In Verrem II 1.56–57

PASSAGE 1B

at, credo, in hisce solis rebus indomitas cupiditates
atque effrenatas habebat: ceterae libidines eius
ratione aliqua aut modo continebantur. quam multis
istum ingenuis, quam multis matribus familias in
illa taetra atque impura legatione vim attulisse *5*
existimatis? ecquo in oppido pedem posuit ubi
non plura stuprorum flagitiorumque suorum quam
adventus sui vestigia reliquerit? sed ego omnia
quae negari poterunt praetermittam; etiam haec
quae certissima sunt et clarissima relinquam; unum *10*
aliquod de nefariis istius factis eligam, quo facilius
ad Siciliam possim aliquando, quae mihi hoc oneris
negotique imposuit, pervenire.

Cicero, In Verrem II 1.62

PASSAGE 2

non ego, ne pecces, cum sis formosa, recuso,
   sed ne sit misero scire necesse mihi;
nec te nostra iubet fieri censura pudicam
   sed tamen ut temptes dissimulare rogat.
non peccat, quaecumque potest peccasse negare, *5*
   solaque famosam culpa professa facit.
quis furor est, quae nocte latent, in luce fateri
   et, quae clam facias, facta referre palam?
ignoto meretrix corpus iunctura Quiriti
   opposita populum submovet ante sera; *10*
tu tua prostitues famae peccata sinistrae
   commissi perages indiciumque tui?
sit tibi mens melior, saltemve imitare pudicas,
   teque probam, quamvis non eris, esse putem.
quae facis, haec facito: tantum fecisse negato *15*
   nec pudeat coram verba modesta loqui.
est qui nequitiam locus exigat: omnibus illum
   deliciis inple, stet procul inde pudor.
hinc simul exieris, lascivia protinus omnis
   absit, et in lecto crimina pone tuo. *20*
illic nec tunicam tibi sit posuisse pudori
   nec femori inpositum sustinuisse femur;
illic purpureis condatur lingua labellis,
   inque modos venerem mille figuret amor;
illic nec voces nec verba iuvantia cessent, *25*
   spondaque lasciva mobilitate tremat.
indue cum tunicis metuentem crimina vultum,
   et pudor obscenum diffiteatur opus.
da populo, da verba mihi: sine nescius errem
   et liceat stulta credulitate frui. *30*

Ovid, Amores III 14.1–30

BLANK PAGE

BLANK PAGE

BLANK PAGE

OCR
RECOGNISING ACHIEVEMENT

Copyright Information

OCR is committed to seeking permission to reproduce all third-party content that it uses in its assessment materials. OCR has attempted to identify and contact all copyright holders whose work is used in this paper. To avoid the issue of disclosure of answer-related information to candidates, all copyright acknowledgements are reproduced in the OCR Copyright Acknowledgements Booklet. This is produced for each series of examinations and is freely available to download from our public website (www.ocr.org.uk) after the live examination series.

If OCR has unwittingly failed to correctly acknowledge or clear any third-party content in this assessment material, OCR will be happy to correct its mistake at the earliest possible opportunity.

For queries or further information please contact the Copyright Team, First Floor, 9 Hills Road, Cambridge CB2 1GE.

OCR is part of the Cambridge Assessment Group; Cambridge Assessment is the brand name of University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which is itself a department of the University of Cambridge.